HIERONYMUS
Salzburg, Ende 11. Jh.
Seite 143r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26080
Copyright: Admont, Benediktinerstift



143

sacerdos magne. Qui sordida peccatorum nostrorum uestimenta tollunt. ut recipiat gloriam quam habuit apud patrem priusquam mundus esset. Sed ne quis me uilem facere scripturae putet. sic amare xpm. ut historiae auferam ueritatem interpretabor in membris quod referatur ad caput. intellegamus de seruis quod impleatur in domino. quemquam gloriosioni famulorum gloriosior. & ubicumque se loci opportunitas tulerit. sic de uero lumine disputabo. ut diriuetur ad eos quibus xpc donauit ut lumen sint. Pontifex iste quem mosaicus hic sermo describit. uiduam eiectam. meretricem non duxit uxorem. Vidua est cui maritus mortuus est. eiecta quae a marito pierit. meretrix quae libidini patet. Sed accepit inquit uxorem uirginem de genere suo. non alienigenam. ne in mala terra nobilium seminum frumenta degenerent. non meretricem quae multis exposita est amatoribus. non eiectam quae & eiam proprio coniugio indigna fuit. non uiduam. ne pristinarum meminerit uoluptatum sed illam animam quae non habet maculam neque rugam. quae cum xpo renouata innouatur de die in diem. De qua apostolus loquitur. despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere xpo. Nolo discipulam ciuitatis pontificis. qui quam habere de uetere homine. Si consurrexistis cum xpo. ea quae sursum sapiatis. praeteritae oblitus. futurae auidus. Infelix symon quia post baptismum de antiquo matrimonio cogitabat. nec ad uirginale uenerat puritatem. peri esortuo indignus fuit. Consuluisti me fabiola litteris tuis. ut de aaron et scribentes uestimentis. ego plus obtuli. ut de abis primitiis sacerdotum. et de obseruatione pontificis praeuuncula struere. Egressa de sodomis. & ad montana festinans. non uis habitare in urbe segor. parua Transcendens psedros pueris israheltas. dimittens leuitarum gradum. et pecti penna transuolans sacerdotes ad pontificem uenis. Sed dum uestes eius racionale pectoris diligenter inquiris. nam et displicuere ossortia. Et